

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Samuelis De Cocceji, Henr. Fil. Sacræ Regiae Majestatis
Borussicæ Magni Cancellarii, A Consiliis Sanctioribus
Status Et Rei Bellicæ, Ordinis Nigræ Aquilæ Equitis Etc.
Jus Civile Controversum Ubi ...**

Opus Ad Illustrationem Compendii Lauterbachiani ...

Cocceji, Samuel von

Lipsiae, 1766

LIB. XLVIII. TIT. XIX. De Poenis.

urn:nbn:de:gbv:45:1-9050

Qv. IV. *An testes quoque torqueri possint?*

AFFIRM. Lauterbach, h. pag. 711, si veritatem malitiose suppressant, *Laut. pag.* Regulariter ergo torqueri testes non possunt, per textus genera- 711. verb. les, ubi dicitur, testes torquendos non esse, *L. 15. pr. 18. §. 3. h.* nam illi *et hoc in* faltem veritatis causa examinantur, non, ut participant de alterius delicio, *ceteris.*

Exc. (1) in crimine laeche Majestatis, *L. 20. §. 1. h.* at puniē non ut testis, sed ut conscientia delicti torquetur, *L. 3. L. 5. C. Ad L. Jul. Maj.* (2) Si ipso factō intervenere, & tamen malitiose veritatem suppressant, *d. L. 18. §. 3. h.* (3) Si dolose vacillent, & variant in testimonio, *d. L. 15. pr. Conf. Nov. 90. c. 5. in fin.*

Qv. V. *An si nova interveniunt indicia, tortura repeti possit?*

NEGATUR, sed tantum, si nova superveniant indicia; quia tortura *Laut. pag.* est species purgationis ab indicii, quando quis ergo semel se pur- 712. verb. gavit, ulterius purgandus non est: idque diserte ita traditur in *L. 18. §. 1. nisi (1)* *et ceteris.* *h. ibi: evidentioribus argumentis oppressus repeti in quaestionem potest.*

OBST. *L. 16. h. ibi: repeti posse quaestionem.*

RESP. Si nova superveniant indicia, *d. L. 18.* vel si neget ea, quae semel confessus est, *Goth. ad d. L. 16. O. Crim. art. 57.*

Adeoque repeti (1) potest ob noviter emergentia indicia, quae arbitrio Judicis relinquuntur, *O. Cr. art. 58.* (2) Si non sustinuit, sed specie confitentis dimissus est, & postea revocet; quia decreto & sententia nondum satisfactum, & variatio novum est *indictum.* Quan- quam tunc ultra tertiam non extendatur, *Clar. §. 11. qu. 21. n. 36.*

LIB. XLVIII. TIT. XIX.

D E P O E N I S.

Qv. I. *An poenae sint Juris Naturalis?*

AFFIRMATUR: Natura enim reus ob quamvis culpam tenetur *Laut. pag.* ad talionem, id est, tantum pati debet, quantum damni dedit; 715. verb. quia alias injuria reparata dici nequit.

Hæc autem talio, seu poena, non ita crude est intelligenda, ut ei, qui membrum fregit, itidem membrum frangi debeat, sed quod tandem pati, adeoque aliud malum ejusdem estimationis infligi ei debeat: atque de hac talione, ejusque ratione, integrum dissertationem scripsit *Dn. Parens de Sacroando talionis jure,*

Qv. II.

Qv. II. Quidnam sit pena Criminalis, quid Civilis?

Laut. pag. 714. verb. Bürgerliche. **L**auterbach ait, Criminalem esse, qua corpus afficit; Civilem, quæ corpus non afficit. Rectius vero illæ definiuntur, quæ ex causa Civilis, die criminali; hæc, quæ ex causa civili oriuntur. Hinc, si quis ad restitutionem furti damnatur coram Præfecto urbi, criminaliter punitur, i. e. ex causa criminali, *L. 56. §. 1. de Furt.* Idque confirmatur ex *Ord. Crim. art. 104. no. 196.* ubi peinliche dicuntur etiam, die nicht auf Haut und Haar geh'en, modo ex causa criminali orientur.

INSTO, vocem peinlich late & impropre ibi accipi.

RESP. Immo eam significationem rationi Juris convenire, jam demonstravi.

Qv. III. Quandonam pena ad haeredes transeat?

Laut. pag. 714. verb. Tit. de Injuriis. **L**ate hanc materiam tractavi supra ad Tit. de Obligat. & abt. item ad non etiam.

Qv. IV. An in paenæ obtineat proportio geometrica?

Laut. pag. 715. verb. infiaga-tur au-tem. **N**EGATUR; quia jam supra *L. 1. t. 1. qu. 2.* demonstravi, proportiones nullum in Jure usum habere. Sed & falsum est, in estimatione paenæ geometricam proportionem servari, sed, si quæ est, erit arithmeticæ, scil. tantundem, *Vid. supr. qu. 1.*

LIB. XLVIII. TIT. XXIII.

DE SENTENTIAM PASSIS ET RESTITUTIS.

Qv. Quisnam sententiam passos restituat, & quid ea restituzione veniat?

RESP. Jus restituendi reos, sententiam passos, solis Principibus competere, idque inter regalia referri, vulgo notius est. Hæc restitutio dividitur in plenam, & minus plenam. ILLA est, quando additur vox restitutio in genere, *L. 1. C. in fin. de Sent. pass.* (idem est, si criminis rei restituuntur bonis & dignitatib.) hæc enim omnia jura rei in pristinum statum restituit, *§. 1. Inst.* Quib. mod. patr. pot. solv. *L. 1. C. L. 13 pr.* (qua tollitur *L. 6. & 9. C. eod.*) & *§. 4. h. t.* Atque hæc jus patronatus restituit, *L. 1. §. 1. ff. h.* & patriam potestatem, d. *L. 13. pr.* & *§. 4. d. §. 1. Inst.* proinde quicquid filius post restitutioinem acquirit, id patri acquiritur, *L. 9. C. eod.* HÆC est, quando sola paena remittitur, sive quando processus tollitur & abo-

